



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 118. Florentinæ Synodi Sessio post discessum Græcorum tertia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

§. CXVII.

Sæcul. XV.

A. C. 1440.

Cardinalis Arelatensis Sedis Apostolicæ Legatus nuncupatus.

In eadem Sessione lectum est diploma, quo Felix Cardinalem Arelatensem suum Legatum Apostolicum designavit, eumque in Præsidis munere confirmavit, sed literæ Felicis de ejusmodi legatione, cum non placerent Basileensibus, deletæ, ex tabulis abrafæ, & rursus aliis verbis conceptæ fuerunt. Cum denique orta esset dubitatio de jurisdictione Concilii præsentis Pontifice, statutum est, Auditorem Camerae nomine Concilii jurisdictione potiturum in omnes & singulos Synodo adscriptos, non tamen licitum illi fore, in caussa sanguinis contra quempiam illorum agere, nisi de consensu quatuor Prælatorum, si reus foret itidem Prælatum, seu quatuor aliorum Patrum, si inferioris ordinis esset; qui quatuor Consultores singulis mensibus a Patribus designarentur.

§. CXVIII.

Florentinæ Synodi Sessio post discessum Græcorum tertia.

Interea temporis Eugenius Papa Florentinæ contra omnia, quæ Basileenses at-

*Lab. Conc.**tom. 13. p.**1586. in actis**Patric.**Hist. Eccles. Tom. XXVII.*

O o ten-

Sæcul. XV tentaverant, legum severitate procedens
A.C. 1440. decrevit, & judiciali ordine per debita
 intervalla servato, tandem die vigesima
 tertia Martii in Sessione, quæ post Graecorum discessum tertia numeratur, Amadeum Sabaudum unaque ejus electores, ac omnes illius sequaces, nisi infra quinquaginta dies resipiscerent, anathematis poenæ subjecit, declarans, Amadeum Antipapam, Hæreticum, & Schismaticum, omnesque ejus fautores, absque alia criminis declaratione, læsæ Majestatis reos esse, nisi intra præstitutum temporis spatium debitam præstiterint obedientiam: illis vero, qui ad officium redierint, delicti veniam pollicebatur. Sanctus Antoninus Decreti hujus meminit, quod Monstreletus integram Historiæ suæ inseruit, in actis tamen Concilii desideratur.

Monstrelet.
to. 2. ad ann.
1349.

§. CXIX.

Sessio quadragesima prima Basileensis Concilii.

Labb. Conc.
to. 12. p. 642.
Et tom 13.
p. 1586.
Basileenses vix comperto Eugenii decreto adversus se proculso confestim die vigesima tertia Julii Sessionem numero quadragesimam primam celebrabant, in qua Eugenii sententiam declarabant scandalosam, injuriosam, schismaticam, ac a fide deviam, & hæreticam, unaque